

ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟΣ

*In solemnia nuptiarum DRESDÆ celebratarum 8. Calend: Octobris*

PRÆSTANTISS: VIRI  
Dn: ZACHARIÆ VVEHMANNI  
ILLVSTRISSIMORVM DVCVM SAXONIAE  
pictoris excellentissimi,  
civisq; Dresdensis.

*nec non*

HONESTISSIMÆ ET PVDICIS-  
SIMAE VIRGINIS DOROTHEAE  
filiae dilectissimæ

MAGNÆ EXISTIMATIONIS  
ET CELEBRITATIS VIRI Dn: PAVLI  
*Buchneri Rei militaris peritissimi, Illustrissimorum etiam  
Electoꝝ: Saxonie primarij Armamentarij pꝛæfecti  
& AEdilis.*

Conscriptus

à

M. VALENTINO ENGERLEIN  
OSSITIENSI S. S. Theolog: Stud:

*VVitebergæ typis Meisnerianis, Anno M. D. XCIX.*



(X 7993646)

Z f  
3850





# ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟΣ



*I*ustitia & luctus miseratus rector Olympi  
VVEHMANNI vidui, grata hac est verba  
locutus:

*Quid iuvat immodicis semper mortalia tundi  
Pectora mœsticijs, & planctu parvula parva  
Quid iuvat immenso traducere tempora vita?*

*Nempe satis postquam sunt attenuata dolore,  
Intereunt, veluti fugiunt & labilis umbra.*

*Sapius ut lapides guttâ stillante cavantur,  
Quò sine vi possint magnâ confringier ullâ:*

*Sic hominum nimio tandem mœrore teruntur  
Corda, viam gelida ut mortis cogantur inire.*

*Ergo cum lachrymis, consumens ossa, medullam,  
Hinc subito longè, quia mando, diffuge, mœror:  
Econtra propius succedant gaudia mille,  
Corda quibus refici valeant ferè mortua luctu.*

*Numen ego num tale siem, quod sorte sinistra  
Terrigenum letetur? non sum tale profecto.  
Verum laticia potius sum spiritus. Ergo*

A 2 Terri-

Terricolas quamvis fors aspera vexet homullos;  
Non irata tamen statuatur corda IEHOVÆ.

Namq; suam sobolem vero quam quisquis amore  
Prosequitur genitor, clementi mente coercet.

Hunc & ego morem sector: quos diligo, sorte  
Adversâ, veluti rutilans aurum igne probatur,

Exploro, stabiles & qui sunt quando reperti,  
Principio quanto pressi mœrore fuerunt,

Pòst perfunduntur tanto cum gaudio iidem.

VVEHMANNVS sanè nunc experietur idipsum,  
Qui novit vario picturas arte colore

Pulchras, & quodcumq; lubet deducere palma.

Nam bona consumpta est etiam pars temporis ipsi  
In luctu, labefacti artus sunt penè dolore

Grandi, dum vidit dilectam occumbere morti

Costam, ac in geminas partes dispecier unum

Cor: certè vulnus dignum lethale vocatu.

Hoc iterum vulnus medicamine triste salubri

Sanabo, binas in partes atq; resectum

Totum restituam cor, quod mihi difficile haud est.

Et

Et magna & celebris fama vir degit in urbe  
Dresdā, militia qui dicitur esse peritus,  
Atque ibi terrifici Martoris praesidet armis,  
Insuper adilis dignatur nomine clari  
Aulæ Saxonie, quod non sine laude tuetur.

Huic, alios inter fructus genitricis in oras  
Auræ productos fœcundo ventre, puella est,  
Nomine sub cuius donum cœleste notatur.  
Est elegans sexus muliebris flosculus ipsa.  
Blanda Venus veluti radios demittit ab axe  
Fulgentes: huius sic præ virtute renidet  
Eximiâ facies. Non fel sub corde recondit;  
Atqui candorem molli sub pectore gestat.  
Atque colit vera numen pietate I E H O V Æ.

Tali donabo V V E H M A N N V M munere, rursum  
Quò valeat totum divulgum reddere pectus.  
Ac tristem tristi mentem dissolvere luctu. (ptas  
Nunc verum illud erit: maior post passa volu-  
Damna venire solet, clari post nubila Soles.  
Sentiet inde sui curam gessisse parentem

Supre.

Supremum, nunquam non est meminisse. Proinde  
ZACHARIÆ est sacra sacri in Baptismatis unda  
Accepit nomen memori quod mente teneri  
Significat celsi torquentis sidera patris.

Felix ætherei regis qui fixus inhaeret  
Pectoribus, quoniam sæva grassante procella  
Fortuna subita, ille immunis, liber abibit:  
Infelix contra menti non fixus inhaerens  
Ætherei regis, quoniam quando intonat ætus  
Fortuna ingenti citò submergetur ab illa.

Præsens auxilium tantummodo comperit ille  
Divinum, qui iussa DEI veneranda reseruat,  
Iuxta ac illa sua moderatur tempora vitæ,  
Deq; DEO firma dependet speq; fideq;.

ZACHARIAS etiam sic hac in parte fidelis  
Cognitus est, eò opem vicibus nunc ille secundis  
Nostram animadvertet, dum multis se esse periculis  
Ereptum est varijs reipsa tantummodo cernet:  
Verum etiam majora sibi contingere dona.

Namque sua postquam sociali fœdere sese

DORO-

DOROTHEÆ junxit, fœcundum corpus utrumque  
Efficiam, videant ades ut prole beatas  
Morigerâ & sanâ, simul & præ pace vigentes  
Alma. Divitijs largis cumulabo parentes,  
Ut faustè teneros valeant educere natos,  
Atque DEI purâ de religione docere.  
Et dabo quò cuncti felices Nestoris annos  
Nullo obstante malo, convincant, numine dextro.

Cetera præterea quæ sunt addenda minister  
Adjiciet sacras quando sistentur ad aras.

Conjugij & quoniam nunc tempus fœderis instat  
Tractandi, extensam longè revocabo loquelam.

At quod promissum est, sartum tectumq; manebit,  
Hi si nostra modò sanctè præcepta sequentur.

Numen ego nam sum quod nescit fallere quenquam.  
His dictis, satis est mi sermo desine, dixit.

Ergo cum fuerit consultum Cunctipotenti  
Visum, coniugij vos vinclo vivere junctos:  
Comprecor ex animo contingant omnia vobis,  
Veridici quæ promiserunt ora Tonantis.


F I N I S.

7/3850 (A)

11.5

11.5





B.I.G.

Farbkarte #13

Z f  
3850



ΛΟΓΙΣΜΟΣ

nuptiarum DRESDAE cele-  
brarum 8. Calend: Octobris

TANTISS: VIRI  
HARIAE VVEHMANNI  
SIMORVM DVCVM SAXONIAE  
toris excellentissimi,  
civisq; Dresdensis.

*nec non*

ISSIMAE ET PVDICIS-  
VIRGINIS DOROTHEAE  
filiae dilectissimae

E EXISTIMATIONIS  
RITATIS VIRI DN: PAVLI  
litaris peritissimi, Illustrissimorum etiam  
onia primarij Armamentarij praefecti  
& AEdilis.

Conscriptus  
a

NTINO ENGERLEIN  
TIENSI S. S. Theolog: Stud:

is Meisnerianis, Anno M. D. XCIX.



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

(X 1993646)

